

Año XLVII.

30 DE JULIO DE 1906.

Num. 14.

BOLETIN OFICIAL



DEL

Obispado de Osma.

SUMARIO.

Decreto del Santo Padre haciendo extensiva á toda la Alemania la ley del Concilio Tridentino respecto á la clandestinidad, y la declaración Benedictína á los Holandeses.—Resolución de la S. C. del Concilio sobre distribuciones cotidianas.—Decreto de la S. C. de Obispos y Regulares.—Decretos y resoluciones de la S. C. de Ritos sobre ministros; en las Misas cantadas y en las rezadas de los Prelados; determinando la forma del Sacramento de la Extremaunción en los casos de necesidad: sobre la absolución *in articulo mortis*; sobre el uso de estola morada en la absolución general y sobre la S. Comunión en los oratorios privados.—El Rvmo. P. Martin Alsina nuevo Superior general de los Misioneros del I. C. de María.

DECRETUM

Quo ad totam Germaniam extenditur lex Tridentina de clandestinitate, necnon declaratio Benedicti- na ad Holandos (1).

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Provida sapientique cura quavis aetate Sancta Ecclesia legibus latis ea disposuit quae ad christianorum connubiorum firmitatem

(1) Cfr. Conc. Trid. Sess. 24, cap. I. de Reform. matr.), et declaratio cum instructione S. C. Conci. diei 4 Novembris 1741 super dubiis res- picientibus matrimonia in Hollandia et Belgio contracta et contraheenda. Haec declaratio iam in quibusdam Imperii Germanici dioecesisibus aliisque in regionibus vigebat, prout videre est penes Gasparri *De matrimonio*, vol. 2, pag. 536 (N. R.)

et sanctitatem pertinerent. In quibus legibus illa eminentem locum habet, qua Sancta Synodus Tridentina (1) clandestinorum matrimoniorum pestem abolere et ex populo christiano extirpare contendit. Magnam ex hoc Tridentino Decreto utilitatem in universam rempublicam christianam promanasse et hodie quoque promanare apud omnes in confesso est. Nihilominus, ut sunt res humanae, contingit alicubi, et praesertim in Imperio Germanico, propter lamentabilem maximamque in religione divisionem et catholicorum cum haereticis permixtionem in dies augescentem, ut cum predictae legis observantia incommoda etiam quaedam nec levia coniungerentur. Nimirum cum ex voluntate Concilii caput *Tametsi* non antea in singulis paroeciis vim obligandi habere cooperit quam in illis rite esset promulgatum, et cum haec ipsa promulgatio an facta sit multis in locis dubitetur, incertum quoque non raro sit an lex Concilii obliget etiam acatholicos uno aliove in loco morantes, maxima inde ac molestissima in plurimis Imperii Germanici locis nata est iuris diversitas et dissimilitudo, plurimquae et spinosae exortae sunt quaestiones quae in iudicibus quidem persepe perplexitatem, in populo fideli quamdam legis irreverentiam, in acatholicis perpetuas cierent querelas et criminationes. Non omisit quidem Sedes Apostolica pronullis Germaniae dioecesis oportunas edere dispositiones et declaraciones, quae tamen iuris discrepantiam minime sustulerunt.

Atque haec moverunt complures Germaniae Episcopos ut iterum iterumque Sedem Apostolicam adirent communibus precibus huic rerum conditioni remedium petentes. Quorum preces Decessor Noster f. r. Leo XIII benigne excipiens praecepit ut ceterorum quoque Germaniae Praesulum vota exquirerentur. Quibus acceptis et toto negotio in Suprema Congregatione Sacrae Romanae et Universalis Inquisitionis mature discusso, Nostrum esse officium intelleximus praesenti rerum statui efficax et universale levamen afferre. Itaque ex certa scientia et plenitudini Nostrae potestatis, ut consulamus sanitati firmitatique matrimonii, disciplinae unitati et constantiae, certitudini iuris, facilitori reconciliacioni poenitentium, ipse quoque paci et tranquillitati publicae, declaramus, decernimus ac mandamus:

I.—In universo hodierno Imperio Germaniae caput *Tametsi*

(1) Sess. XXIV, cap. I, *de Reform. matr.*

Concilii Tridentini quamvis in pluribus locis, sive per expressam publicationem sive per legitimam observantiam, nondum fuerit certo promulgatum et inductum, tamen inde a die festo Paschae (id est a die decimaquinta Aprilis, huius anni millesimi nongentesimi sexti omnes catholicos, etiam hucusque immunes a forma Tridentina servanda, ita adstringat ut inter se non aliter quam coram parocho et duobus vel tribus testibus validum matrimonium celebrare possint (1).

II.—Matrimonia mixta quae a catholicis cum haereticis vel schismaticis contrahuntur, graviter sunt manentque prohibita, nisi accedente iusta gravique causa canonica datis integre, formiter, utrinque legitimis cautionibus per partem catholicam dispensatio super impedimento mixtae religionis rite fuerit obtenta. Quae quidem matrimonia, dispensatione licet impetrata, omnino in facie Ecclesiae coram parocho ac duobus tribusve testibus celebranda sunt, adeo ut graviter delinquent qui coram ministro achatolico vel coram solo civili magistratu vel alio quolivet modo clandestino contrahunt. Imo si qui catholici in matrimoniis istis mixtis celebrandis ministri catholici operam exquirunt vel admittunt, aliud patrant delictum et canonicis censuris subiacent.

Nihilominus matrimonia mixta in quibusvis Imperii Germanici provinciis et locis, etiam in iis quae iuxta Romanorum Congregationum decisiones vi irritanti capitulis Zametsi certo hucusque subiecta fuerunt, non servata forma Tridentina iam contracta vel (quo Deus avertat) in posterum contrahenda, dummodo nec aliud obstet canonicum impedimentum clandestinitatis ante diem festum Paschae huius anni legitime lata fuerit, et mutuus coniugum consensus usque ad dictam diem perseveravit, pro validis omnino haberi volumus, idque expresse declaramus, definimus atque decernimus.

III.—Ut autem iudicibus Ecclesiasticis tuto norma praestisit, hoc idem iisdemque sub conditionibus et restrictionibus declaramus, statuimus ac decernimus de matrimoniis acatholicorum, sive haereticorum sive schismaticorum, inter se in iisdem regionibus non servata forma Tridentina hucusque contractis vel in posterum contrahendis; ita ut si alter vel uterque acatholicorum coniugum ad fidem catholicam convertatur, vel in foro ecclesiast-

(1) Hoc modo integra quoque Germania legi clandestinitatis a Concil. Trid. (Sess. 24, cap. I, de Reform. matr.) generatim inductae subiicitur (N. R.)

tico controversia incidat de validitate matrimonii duorum aca-
tholicorum cum quaestione validitatis matrimonii ab aliquo ca-
tholico contracti vel contrahendi connexa, eadem matrimonia,
ceteris paribus, pro omnino validis pariter habenda sint (1)

IV.—Ut demum Decretum hoc Nostrum ad publicam notitiam
perveniat, praecipimus Imperii Germanici Ordinariis ut illud per
ephemerides diocesanas aliosque opportuniores modos ante diem
Paschae anni currentis cum clero populoque fideli communicent.

Datum Romae apud S. Petrum, die XVIII Ianuarii
MDCCCCVI. Pontificatus Nostri anno tertio.

PIUS PP .X

SAGRADA CONGREGACIÓN DEL CONCILIO.

Distribuciones cotidianas.

El Exmo. Sr. Obispo de la diócesis de Guadix recu-
rrió á la Sagrada Congregación del Concilio pregun-
tando lo siguiente:

I. «Utrum haberi debeat aut possit tamquam pae-
sens in choro ad effectum distributionis lucrandi cano-
nicus qui abest a sua residentia, ut ineat Concursum
sive litteraria exercitia in alia dioecesi ad canonicatum
obtinendum».

(1) Omnibus compertum est iure communi, quo nunc regimur, etiam
matrimonia mixta quae inter catholicos et haereticos vel schismaticos, nec-
non matrimonia quae inter ipsos acatholicos contrahuntur, legi clandes-
tinitatis subesse Quapropter si praefata coniugia non celebrentur coram
Ecclesia seu coram parocho proprio et duobus vel tribus testibus nedum
sunt illicita sed etiam ipso iure nulla. Hodie vero dispositione sub n. 2
et 3 contenta, huiusmodi matrimonia clandestina, quantumvis illicita, vali-
da tamen in posterum pro Germania declarantur. Praeterea duæ conditio-
nes, quae inibi apponuntur, ex se patent. Prima enim in hoc consistit ut
aliud non extet impedimentum matrimonii dirimens, quia secus coniugium
ex hoc capite irritum esset; hinc, quoties huiusmodi impedimentum vi pon-
tificiae dispensationis auferri valeat et revera auferatur, etiam clandestinum
matrimonium validum est censendum. Altera conditio in eo est ut mutuus
coniugum consensus perseveret, quam ipso deficiente idem matrimonialis
contractus concipi ne possit. (N. R.)

II. Et quatenus negative «Utrum retineri possit praxis in contrarium, id est, praxis (sive constans et continua sive interpolata) habendi praesentem in Choro (ad praedictum effectum) canonicum qui abest ad concursum in alia dioecesi».

III. «Si responsio ad II, sit negative, quid faciendum si quis ita fecerit existimans bona fide, eo quod talem praxim legerit in actis capituli se praesentem habendum in choro vi eiusdem praxis seu consuetudinis.»

Ratio quaesiti haec est; Canonicus Doctoralis hujus Sanctae Ecclesiae abiit mea venia in Dioecesim Hispalensem et postea in Granatensem, ut concursum ibi indictum iniret: exercitiis litterariis peractis, adiit ad hanc suam Ecclesiam, et cum fieret punctum computatio et judicium de residentia et fructuum acquisitione vel amissione, reposuit dies suae absentiae ad concursum reputandos esse tamquam dies praesentiae, ideoque non modo grossam sed etiam distributiones ipsi deberi; seu alio modo, dixit se nihil amisisse dum abesset ad concursum, ne distributiones quidem: et attulit pro sua sententia Capituli acta, in quibus constat ita factum esse in favorem aliorum canonorum absentium ad concursum, et hanc agendi rationem apud eadem acta diei consuetudinem. Acta laudata ostendit, et visa sunt; sed his non obstantibus opportunum videtur solutionem querere a Vesta Sanctitate.

La Sagrada Congregación providenció que se señalaré un plazo al Sr. Canónigo Doctoral, para que alegara las razones en que podía fundar su petición; hizo lo así y se remitió el asunto á la Sagrada Congregación antedicha, la cual remitió copia literal del mencionado escrito para que informara el Cabildo y el Reverendísimo Prelado expresara su parecer.

Practicadas estas diligencias se remitió la relación á Roma, y por último se ha recibido el Rescripto, que copiado á la letra es como sigue:

«Episcopus Guadixensis in relatione quam S. Con-

cili Congregationi exhibuit super statum sua dioecesis in cap. IX. sequens postulatum proposuit:

Canonicus Doctoralis praefatae Cathedralis Ecclesiae praevio consensu Episcopi in Dioeceses Hispalensem et Granatensem se contulit cuiusdam periculi seu concursus sustinendi causa. Cum ad suam rediit Ecclesiam, declaravit se velle considerari uti praesentem in choro ad effectum distributiones lucrandi iis diebus quibus ob predictam causam abfuit. Idque contendit sibi competere ex consuetudine, prout constare dixit ex pluribus actis capitularibus.

Refragantibus tamen aliis, Episcopus ne in re tam gravi disciplina ecclesiastica corrumperetur, transmissionis documentis hinc inde allatis, sequentia proposuit dubia.

I. Utrum Canonicus qui abest a sua residentia, ut ineat concursum sive litteraria exercitia in alia dioecesi ad Canonicatum obtainendum, possit aut debeat haberi tamquam presens in Choro ad effectum lucrandi distributiones? Et quatenus negative ex iure communi.

II. Utrum saltem id sustineri possit ex consuetudine particulari, quae vigeri asseritur in praefato Capitulo. Et pariter quatenus negative.

III. Quid statuendum in casu prasenti, in quo Canonicus Doctoralis abfuit bona fide, putans scilicet consuetudinem sibi favere, at ideo se praesentem habendum esse in Choro et lucrari distributiones?

Sacra porro Congregatio Concilii die 3. Februarii 1906., omnibus rite perpensis, respondendum censuit:

Ad primum et secundum *Negative*.

Ad tertium autem dubium rescripsit:—*Orator recurrat pro gratia dispensationis.*—VINCENTIUS, Card. Ep. Praen. Praefect. C. D'LAI, Secrt.



SAGRADA CONGREGACION DE OBISPOS Y REGULARES

Monialis simpliciter profesa mutare valet dispositionem reddituum cum sola superiorisae generalis licentia.

Beatissime Pater:

Sanctimonialis N..., praemisso pedis osculo, humillime exponit quatenus, ante religiosam professionem, ita de propriis redditibus disposuit, juxta normam proprio Ordini assignatam a S. Congregatione Episcoporum et Regularium 12 Julii 1896, quae in Collectanea Andreae Bizzarri praescripta legitur pro Maristis in articulo *quoad votum paupertatis*, ut illos quasi ex aequo suo fratri et propriae communitati cederet (1).

Jamvero frater nunc, ob auctas necessitates, majori subsidio indiget, quod illi concedere oratrix in votis habet. Quapropter humillime postulat:

I. An juxta normas a S. Congregatione Episcoporum et Regularium die 18 Junii 1901 datas, possit cum sola superiorisae licentia dispositionem redditum mutare? (2)

(1) Constitutiones enim Presbyterorum Maristarum seu Societatis Mariae, de quibus agitur, ad art. 41 habent: «Professi in hoc Instituto... debent ante professionem cedere, etiam private administrationem, usumfructum et usum, quibus eis placuerit, ac etiam suo Instituto, si ita pro eorum libitu existimaverint Huc vero cessioni apponi poterit conditio, quod sit quandocumque revocabilis; sed professus hoc jure revocandi in conscientia minime uti poterit, nisi accedente Apostolicae Sedis placito.» (N. R.)

(2) *Normae*, secundum quas S. Congr. EE. et RR. procedere solet in approbandis novis Institutis votorum simplicium, postquam ad n. 113. praescripserint quod professari debent ante primam votorum emissionem cedere administrationem, usum et usumfructum reddituum vel fructum bonorum suorum quo modo ipsis placuerit, qui imo apponi poterit conditio quod hujusmodi cessio sit quandocumque rebocabilis, sub n. 117 addunt: «Revocatio autem et etiam mutatio horum actuum cessiones licite fieri nequit durantibus votis sine licentia moderatris generalis.» (N. R.)

II. Et quatenus negative, ut S. Sedes praedictam facultatem indulgere dignetur.

Pro qua gratia...

Sacra Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regulam praeposita, super praemissis rescribendum censuit prout rescribit:

Ad I. *Affirmative* (1)

Ad II. *Provisum in primo.*

Romae 2 Junio 1905.—D. Card, *Ferrata*, Praefectus.—L. T S.—Philipus Giustini, Secretarius.

SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS

DECRETUM

De Clerico loco Subdiaconi vel Capellani in Missa ministrante.

Quum nonnulla dubia huic Sacrorum Rituum Congregationi proposita fuerint circa servitium Clerici, qui aliquando vel loco Subdiaconi in Missa solemni, vel loco Capellani in Missa ab Episcopo vel ab alio Praelato lecta, vel etiam in Missa cantata absque Ministris inserviat, eadem Sacra Congregatio, auditio voto Commissionis Liturgicae, ut dubia ipsa omnino diluantur, haec statuenda et in posterum observanda decrevit:

1. Clericus ad munus Subdiaconi obeundum in Missa solemni

(1) Ex qua decisione colligi posse videtur Constitutionis Institutorum ante annum 1901 existentes, et in quibus edicitur professos votorum simplicium cessionem aut mutationem reddituum peragere non posse absque S. Sedis beneplacito, ad tramitem *Normarum S. C. EE. et RR.* diei 28 Junii 1901 hac in re esse revocandas, adeo ut a dictis profesis hujusmodi cessio vel mutatio cum sola superioris vel superioris generalis licentia licite fieri possit. De profesis vero votorum solemnium nulla est quaestio, quum ipsis ante secundam professionem modo irrevocabili disposerint de suis redditibus et bonis (*N. R.*)

nunquam deputetur, nisi adsit rationabilis causa et in minoribus ordinibus sit constitutus aut saltem sacra tonsura initiatus (1).

2. Clericus pro Subdiacono inserviens, alba super amictu, cingulo et tunica absque manipulo sit indutus, atque omnia quae ad Subdiaconum ex Rubricis spectant rite expleat hisce tamen exceptis: *a*) quam ante Offertorium in calicem non infundat, quod in casu Diaconus praestabit; *b*) calicem ipsum infra actionem nunquam tangat, neque pallam ab eodem removeat aut super eum reponat; *c*) post ablutionem calicem non abstergat (abstergente ipso celebrante) sed tantummodo illum componat more solito et velo cooperiat cum bursa et ad mensam deferat (2)

3. Clericus qui loco Capellani Episcopo vel Praelato in Missa lecta, aut alio Sacerdoti in Missa solemni sine Ministris inserviat, saltem tonsuratus esse debet, si alias Minister in sacris in promptu non sit.

4. Clericus ipse omnia explere potest quae in Caeremoniali Episcoporum lib. I, cap. XXIX dicuntur, pro Missa ab Episcopo lecta, iis exceptis quae supra n. 2 prohibentur Clerico munus Subdiaconi obeundi. Insuper, *a*) caliem ante Offertorium non abstergat: *b*) nec vinum nec aquam in eo infundat: *c*) nec patenam cum hostia nec calicem Celebranti tradat.

5. Calix pro Missa ab Episcopo vel a Prelato lecta sicuti et pro Missa cantata sine Ministris, velo et bursa coopertus in abaco statuatur, amoto abusu illum non velatum retinendi, et ad altare discoopertum deferendi.

6. Calix ipse post Communionem a Celebrante rite abstersus, a Clerico ministrante suis ornamenti instrui poterit, ac velo et bursa coopertus in abacum deferri.

7. Si vero Clericus sacra non sit tonsura initiatus, poterit quidem ab Episcopo aut a Prelato in Missa lecta uti Minister assumi sed eo in casu calix velatus ante Missam ad altare deferatur, et

(1) Rationabilem causam tunc tantum adesse censemus quum in solemnioribus festivitatibus et etiam in solemnibus Missis defunctorum in promptu non est minister in sacris ordinibus constitutus, aut saltem, licet ipse habeatur, aliqua tamen ex causa suum ministerium praestare non valet. Caeterum omni in casu abolendus omnino est abusus aliquibus in locis praesertim ruralibus inductus, vi cuius etiam laici seu confrates munere Subdiaconi funguntur (*N. R.*)

(2) Manipulus enim est vestis Subdiaconorum propria scuti specie li modo propria sunt alia officia inferiорibus clericis prohibita cum et periculum adsit ut ab iisdem calix consecratus tangatur in ponenda vel removenda palla (*N. R.*)

more solito in medio mensae super corporale statuatur; Clericus vero non tonsuratus ita se gerat ut in missis a simplici Sacerdote celebratis. Poterit autem ad Missale Celebrantem adsistere, folia vertere, palmatoriam sustinere, calix autem, ab ipso Celebrante suo tempore abstersus et velatus, ac in medio mensae collocatus, absoluta Missa in Sacristiam deferatur.

Atque ita censuit et servari mandavit. Die 10 Martii 1906.

Super quibus facta postmodum Sanctissimo Domino nostro Pio Papae X, per infrascriptum Cardinalem Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefectum fideli ratione, Sanctitas Sua sententiam eiusdem Sacri Consilii in omnibus ratam habuit et adprobavit, quibusvis privilegiis vel consuetudinibus, quae omnino abrogata esse declaravit, aliisque contrariis quibuscumque non obstantibus.

Die 14 Martii 1906.—A Card. TRIPEPI, *Pro-Praefectus*.—L.  S.—† D. Panici, Archiep. Laodicens., *Secretarius*.

DECRETUM

Quo determinatur forma brevis administranda Extremae Unctionis in casu necessitatis.

Feria IV, die 25 Aprilis 1906.

Cum huic Supremae Congregationi quaesitum fuerit ut unica determinaretur formula brevis in administratione Sacramenti Extremae Unctionis in caso mortis imminentis, Emi. ac Revmi, Patres Generales Inquisidores, maturime perpensa, praehabitoque Rmorum. Consultorum voto, decreverunt:

In casu verae necessitatis sufficere formam: *Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti, Amen.* (1).

(1) Benedictus XIV (*De Syn. dioec.*, lib. 8, cap. 2, n 2) docet quod: «Formam sacramenti Extremae Unctionis non esse a Christo Domino institutam in *specie infima*, ut aiunt, hoc est certis verbis praescriptam, theologi omnes admittunt, atque ex diversis formulis, etiam in Ecclesia latina in illius administrationem usurpati, evidenter demonstratur. Quae nunc in Ecclesia latina sit adhibenda, iam a Tridentino accepimus, et clarius in Rituali Romano explicatur». Quapropter omnes quidem fatentur integrum Extremae Unctionis formam, quae cum expressione cuiusque sensus qui inungitur, profertur, necessariam esse de necessitate pracepti; at controvertitur num ipsa sit etiam necessaria de necessitate sa-

Sequenti vero feria V, die 26 eiusdem mensis anni, inaudientia a SSMo. D. N. Pío div. providentia PP. X, R. P. D. Adssessori impertita, SSmus. D. N. decretum Emorum. et Rmorum, Patrum adprobavit.

L. † S. Petrus Palombelli, S. R. et U. I. Notarius.

cramenti. Probabilior tamen et inter recentiores theologos communior sententia tenet, unicam formam generalem, quae singulos sensus exprimat, cum unica saltem unius sensus unctione, sufficere ad validam hujus sacramenti administrationem. Cui opinioni validissimum argumentum praebet, ut ait Benedictus XIV (*loc. cit., cap. 3. n. 3*), «diversa in unctionum numero disciplina, quae in diversis ecclesiis sua aetate viguit» Favet etiam Concilium Trid. (*Sess. 14, cap. 1 de extr. unct.*), quod nedum multiplices unctiones non commemorat aut innuit, sed etiam aperte docet, materiam proximam huius sacramenti esse reponendam in actione ungendi, «nam unctionio apostolissime Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima aegrotantis inungitur, repreäsentat»; quae autem representatio in unica infirmi unctione cum unicae formulae prolatione sat sufficienter verificatur. Dum e contra ad licitam dumtaxat Sacramenti confectionem referenda est quintuplex illa vel etiam septupla corporis unctionio cum peculiari forma, prout praecipitur a Synodo Florentina in decreto pro armenis et a Rituali (*tit. 5, cap. 1. n. 15.*) Praeterea inter eosdem auctores recensentur qui ad essentiam formae huius sacramenti, prater verba: *per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti*, pertinere censem etiam particularem singulorum sensum, vel saltem generalem omnium sensum expressionem cum unctione singulorum vel saltem unius sensus; videlicet addenda esse verba putant: *per visum, auditum, gustum, odoratum et tactum*, vel saltem *per sensus*. Ex hodierno autem decreto, quo determinatur forma omnino necessaria ad validum conficiendum sacramentum, clare eruitur ad essentiam formae non requiri huiusmodi sensuum expressionem. atque ad materiam proximam constituendam unicam sufficere unctionem. In casu proinde verae necessitatis, nempe quum mors ita immineat et periculum sit, ne moribundus ante omnes sensum unctiones decedat et sic salutari hoc sacramento privetur, unica statuta forma cum unica unctione in aliquo sensu vel in pectore vel consultius in fronte, tamquam in summa omnium sensuum sede, licite et valide adhiberi potest imo et debet. Cfr. Benedictus XIV (*loc. cit., cap. 3, n. 5*). Sed cessante periculo, praesertim si aegrotus alia sacramenta secure suscipere non potuit, sub conditione repetendae sunt singulae unctiones in singulis sensibus sub suis particularibus formis, atque addendae simul sunt omnes orationes omissae. Quae norma apprime congruit praescriptionibus Ritualis Romani, et, quatenus melior fiat dispositio suscipientis sacramentum, ad maius gratiae augmentum obtinendum concurrit. (N. R.)

Sobre absolución «in articulo mortis» misas de «Requie» y rezo del Oficio.

Tergestina et justinopolitana.—Rmus. Dnus. Francis-
cus Nagl, Episcopus Tergestinus et justinopolitanus,
Sacrorum Rituum Congregatione sequentes quaestio-
nes solvendas humillime proposuit, nimirum:

I. An fideles absolutione in articulo mortis in
lingua vernacula peracta, sicuti modo pluries fit, indul-
gentias lucrari queant?

II. In Missis de Requie post elevationem loco *Bene-
dictus*, Litaniae uti ex Rituali Romano in ordine com-
mendationis animae, vel Lauretanae, canuntur; et hu-
jusmodi Missae fiunt lectae. Insuper in Missis cantatis
de die, intonato *Credo* sacerdos prosequitur Missam ut
lectam usque ad Praefationem. Quaeritur an haec to-
lerari possint?

III. An sacerdos in lingua vernacula Officium divi-
nom Breviarii Romani ex. gr. Nativitatis Domini, de-
functorum, etc.. cum populo peragens, vel Littanias
Sanctorum in Processionibus Rogationum eadem lin-
gua persolvens, teneantur has partes Breviarii Roma-
ni in lingua latina iterum recitare?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subs-
cripti Secretarii, exquisito voto Commisionis Liturgi-
cae, reque mature perpensa, respondendum censuit:

Ad I. *Negative*, quiae haec benedictio in articulo
mortis est praecatio stricto sensu liturgica.

Ad II. *Negative*, et hos abusus omnino esse elimi-
nandos.

Ad III. *Affirmative*; nam qui ad recitationem divini
Officii et cujusque partis Breviarii Romani sunt obliga-
ti, tantum in lingua latina haec recitare debent, alias
non satisfaciunt obligationi.

Atque ita rescripsit. Die 3 Julii 1904.—A. CARD.
TRIPEPI, *Pro-Praef.*—† D. PANICI, Archiep. Laodi-
cen., *Secret.*

II.

El Sacerdote que da la absolución general á los Tercarios Franciscanos debe usar estola morada.

Orden. Minor. Frater Pirminius Hasenoehrl, sacerdos Ordinis Fratrum Minorum, solemniter professus in Regulari Provincia Sancti Leopoldi et Director Tertii Ordinis saecularis Sancti Francisci, a Sacra Rituum Congregatione sequentis dubii solutionem humillime expostulavit:

Utrum Director Tertii Ordinis vel Sacerdos facultate praeditus, qui Tertiariis saecularibus congregatis Benedictionen cum Indulgentia plenaria, sic dictam absolutionem generalem impertitur, uti debeat stola coloris diei, vel albi, vel violacei?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii; audito etiam voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit: *Utatur stola coloris violacei.*

Atque ita rescripsit, die 22 Decembris 1905.—A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.*—† D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secret.*

III

Sobre la Sagrada Comunión en los Oratorios privados.

Hodiernus Cathedralis Ecclesiae Malacitanae in Hispania Canonicus Poenitentiarius ut suo Consultoris munere fungatur, de consensu Rmi, sui Episcopi, a Sacrorum Rituum Congregatione responsionem enixe postulavit ad sequentia dubia:

I. An liceat Sacram Communionem in Oratoriis privatis, de Ordinarii tantum licentia, indultariis ministrare?

II. Utrum non tantum indultariis sed etiam fidelibus Sacro adstantibus in praedictis Oratoriis Sacra Communio ministrari possit?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subs-

cripti Secretarii, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, reque sedulo perpensa, respondendum censuit:

Ad I. Praesuposito Indulto Apostolico pro concesione Oratorii privati *Affirmative.*

Ad II. *Negative*, nisi adsit Indultum Apostolicum. Atque ita rescripsit die 10 Februarii 1906.

A, CARD. TRIPEPI, *Pro-Praef.*—D. PANIGI ARCHIEP. LAODICEN., *Secret.*

El Rvmo. P. Martín Alsina

La Congregación de los Misioneros Hijos del Inmaculado Corazón de María, fundada por el Venerable P. Claret, que lloraba hacia cinco meses la muerte de su Padre y Pastor el reverendísimo P. Clemente Serrat (q. s. g. h.) vió el 14 del presente mes convertirse sus lágrimas en alegría y sus voces de dolor y plegaria en cántico de fiesta é himnos de acción de gracias. Lo saben ya nuestros lectores; en la mañana de la festividad del Corpus, los Misioneros de Aranda de Duero (Burgos), saludaban y besaban la mano del nuevo General el reverendísimo P. Martín Alsina y Sebarroja quien después de más de cinco meses de llevar internamente el Gobierno del Instituto, fué elegido con carácter definitivo sucesor del difunto Rvdmo. P. Serrat, en Capítulo General extraordinario, reunido en la citada población de Aranda.

Siendo el Rvdmo. P. Alsina el cuarto Superior General que la diócesis vicense da á los Misioneros, creemos veran gustosos nuestros lectores algunos pormenores de su biografía. Nació en Manresa el 4 de Septiembre de 1859, siguió el P. Alsina en dicha ciudad sus primeras letras y el estudio de la Gramática, pasando luego á proseguir su carrera eclesiástica en el Seminario de Vich.

En nuestra ciudad y cuando cursaba el primero de Teología, el Señor tocó el corazón del joven estudiante moviéndole el año 1879 á ingresar en el Instituto del

P. Claret, donde la Divina Providencia lo tenía preparada una tan gloriosa carrera.

Admitido el joven seminarista en el Instituto, pasó luego á Thuir (Francia) y allí hizo con gran aprovechamiento su noviciado, emitiendo la profesión religiosa el 29 de Agosto de 1880.

Vuelto de Francia acabó con gran brillantez sus estudios, y fué ordenado de Sacerdote en Gracia, de donde pasó de nuevo á Thuir como Superior de aquella Comunidad, hasta que los Misioneros tuvieron que abandonar la vecina República, merced á las críticas circunstancias de la época. En 1887 le vemos ayudando al prudente P. Vallier en el gobierno y dirección de los estudiantes del Colegio de Sto. Domingo de la Calzada, de donde vino á Vich con el cargo de Prefecto de los jóvenes misioneros que hacían en 1883 sus estudios en la Casa-Matriz del Instituto. Pero, siendo preciso sustituir en el cargo de Prefecto de estudiantes en Santo Domingo de la Calzada al varón ilustre en santidad y dirección de espíritus, el citado P. Vallier, los Superiores nombraron al P. Alsina para cargo de tanta importancia. Cinco años desempeñó á gusto de todos tal empleo cuando el Rvdmo P. Xifré (q. s. g. h.) creyó llegada la hora de llamar al Rvdo. P. Alsina para ayudarle en el gobierno del Instituto, y entonces fué cuando en 1894 y en un solo día fué nombrado Superior local del Colegio de Santo Domingo de la Calzada, Secretario del Superior General y Consultor general del Instituto.

Desde entonces la figura del Rdo. P. Martín Alsina aparece en los anales del Instituto del Corazón de María con todo su relieve histórico. Se le ve intervenir en todos los asuntos de algun interés, dando impulso á todas las empresas de algun mérito y ensanchando con ardor la acción apostólica y benéfica de la Congregación del Venerable P. Claret. Pero, si durante el último periodo del generalato del reverendísimo P. Xifré, el P. Alsina aparece como su brazo derecho, ya como Secretario suyo, ya como su compañero inseparable en sus viajes, ya como su consejero en todos los asuntos que miraban al gobierno de la Congregación; en lo corto, pero fecundo gobierno del Ilorado Reverendísimo P. Clemente Serrat, le vemos influyendo de una manera más directa y activa en la marcha de la Con-

gregación, siendo el más poderoso auxiliar del Rvdmo. P. Serrat.

Basta decir, que en los cinco años del generalato del Reverendísimo P. Serrat, recorrió el P. Alsina como Visitador y Delegado extraordinario varias veces las casas de la Península, dos veces las casas de las Misiones de Fernando Póo, habiendo extendido su acción hasta la Repùblicas de América. En fin, en medio del dolor que los Misioneros experimentaban al verse huérfanos, sin Padre y Pastor, al llorar la muerte de su amable y Rvdmo. Padre Clemente Serrat, una dulce esperanza veian todos brillar en el horizonte de su porvenir y era que el hoy Rvdmo. P. Martin Alsina habia de ser un sucesor ilustre de los gloriosos y Reverendísimos Esteban Sala, José Xifré y Clemente Serrat, «quienes la Congregación del Corazón de María recuerda y venera como á sus reverendísimos Generales, y á quienes la diócesis de Vich cuenta orgullosa entre sus más esclarecidos hijos.

Hoy, pues, que aquella esperanza es ya una realidad y el Instituto del Venerable P. Claret está de enhorabuena por tan fausto acontecimiento, nos unimos nosotros á su alegría y no tenemos más que palabras de felicitación para la Congregación, que tiene ya General en la persona del Rvdmo. P. Martin Alsina; para la ciudad de Manresa, que le vió nacer; para Vich, en cuyo Seminario hizo parte de sus estudios, y finalmente, y sobre todo, nuestra felicitación al nuevo Rvdmo. P. General, á quien deseámos feliz y largo gobierno, lleno de grandes obras por la causa de la Congregación y de la Iglesia universal.

(De *El Iris de Páz*)

